

*Lista di familiari accolti
nell'Hospitio Regis tra il 6
gennaio e il 23 giugno 1267.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Lista di familiari accolti
nell'Hospitio Regis tra il 6
gennaio e il 23 giugno 1267.*

1267

Dominus Guillelmus dictus Modius Bladi, in militem VI ianuarii receptus fuit, anno Dom. M.CC.LXVII. Item XVI ianuarii receptus fuit dominus Ernaldus de Grandre in militem Regis. Item Iohannes de Sole in estanchonarium XXI ianuarii. Item Domas Gresin in valetum domini Regis, XXVIII ianuarii. Item Adam de Bianne, qui erat valetus, fuit receptus in panetarium, XX ianuarii. Item Guerinus de Doncheri receptus fuit in clericum panetarium, anno predicto, die XX ianuarii. Item Matheus de Russiaco, qui erat valetus, receptus fuit in panetarium, anno predicto, die XX ianuarii. Item Petrus de Illit anno predicto die sabbati post Purificationem beate Marie Virginis receptus fuit in valetum Regis. Item Droynus de Monasterio in Armigerum Regis, anno predicto, die Veneris post octobam Purificationis. Item Robertus de Virmis in clericum Regis, in officio Marescalle, anno predicto. Item dominus Laurentius Theopulus, filius quondam Ducis Venetorum, anno predicto, die Mercurii post festum beati Valentii receptus fuit in Consiliarium. Item Iacobus Typulus, filius quondam Petri Comitis, anno predicto fuit receptus in militem Regis eadem die. Item XXI februarii receptus fuit Guillotus Paon in hostiarium domini Regis et ad duos equos. In eodem die Stephanus de Chapes in hostiarium, ad unum equum. Item Petrus de Caprosia in clericum buticularium, anno predicto, die Martis post Purificationem. Item Marcillus de Atrabato in servientem Regis, anno eodem, XXIII martii. Anno predicto, prima die aprilis concessit dominus Rex Raymoni de Margant ordeum pro uno equo, valetu in Camera sua. Anno tertio receptus fuit Perrotus Cenomone, frater Iohannis Cenomone, in

valetum domini Regis ad duos equos, anno LXVII, in vigilia Sancti Iohannis Baptiste. Anno predicto receptus fuit in...

L'intervallo cronologico delle nomine indica che gli estremi del primo registro di Geoffrey de Beaumont sono errati, perché il foglio XII del registro originario (poi 9 del registro 40) contiene un elenco che supera il 15 aprile e arriva fino al giugno del 1267. Del Giudice, I, p. 312, trascrivendo integralmente il documento, riporta comunque nel titolo "Gennaro a marzo"; mentre Durrieu, I, p. 304, indica correttamente gli estremi cronologici.